

Carolus Schubart S. D. Carolo Alberto Hesslero, patrono.*)

Mitte civiles super urbe curas.

Hor.

Ille ego, quem nosti, rude iam donate patrone,
Quem quondam placuit rite vocare Tibi,
Mittere decrevi festa Tibi luce salutem,
Promerito meritus ne Tibi deesset honos.
Carmine nam vivit virtus coeloque beare,
Praecipit ut Flaccus, sola Camena potest.
Hinc ego non patiar mordaci oblivia laudes,
Plurima quae perimunt, carpere dente Tuas.
Lustra — quis hoc nescit? — Tibi sunt bis quinque peracta,
Ex quo Te fecit curia sancta suum,
Et commissa Tibi est populo plaudente Budissae,
Quam bene servares protegeresque, salus.
Hoc grave iam per tot munus Tibi contigit annos
Implere officii non sine laude Tui,
Sique quid est recte longae per tempora vitae
Muneris illaesum sustinuisse decus,
Est quod laeteris finitorumque laborum,
Quae requies fesso est, Te meminisse iuvet.
Tutari veterem floremque decusque Budissae
Semper es in primis Tu ratus esse Tuum;
Nec Tua cura minus, quas saecla priora pararant,
Intactas urbis crescere fecit opes.

*) Der hier von seinem treuen Freunde und Verehrer gefeierte Bautzener Jubilar, Herr Karl Albert Heszler, geboren am 13. März 1799 in Cottochau, einem Kirchdorfe des ehemaligen Churfürstentums Sachsen, wo sein Vater Pfarrer war, trat Ostern 1825 als Actuar in die damalige Raths-Waisen-Deputation der Stadt Bautzen ein, wurde am 12. Juni 1832 in Folge der neuen Organisation der städtischen Behörden Oberstadtschreiber, am 3. September 1838 wirkliches Rathsmitglied und am 1. April 1852 erster Rath und Stellvertreter des Bürgermeisters. Nachdem die Stadt am 19. September 1873 sein fünfzigjähriges Amtsjubiläum in ehrender und solennner Weise gefeiert hatte, trat er am 1. October desselben Jahres in den wohlverdienten Ruhestand. Seine Verdienste um das städtische Gemeindewesen waren bereits ein Jahr vorher durch die Verleihung des Ritterkreuzes Igl. Sächs. Albrechtsordens von Sr. Majestät dem König Johann anerkannt worden. Herausgegeben hat er die milden Stiftungen der Stadt Budissin (Bautzen 1850).